Omneq et integrum ius suum sibi ad præmissa seruiens in perso-
nam præfati Krasowski transffert et transffundit intromissiona
exnunc in præfata bona admittendo.

Falki Demissio.

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitan. Bran-
scen. personaliter comparentes Nobiles Albertus olim Martini Wier-
winski de Falki antiqua Sris et Lucas olim Pauli Falkowski
sani mente et corpore existentes palam publice ac libere re-
cognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit
Quia Nobili Sebastiano filio Alberti Wierzwinski et ipsius po-
steris obligationem terræ immobilis in bonis Falki antiqua
sitæ sibi recognitæ per Nobilem Dorotheam relictam olim Gre-
gorij Wierzwinski secundi matrimonij coniugem Nobilis Simo-
nis Falkowski cum marito suo in quinque florenis Polon.
inscriptæ acceptis quinque florenis cum omnimoda potestate
inscriptionis suæ ac parata intromissione possessione tuitione vadi
et ligamentis demittit omneq et integrum ius suum in per-
sonam eius successorumq ipsius transffert et transffundit intromissionis
illi iam exnunc in eadem bona admittendo.

Woience Puchalski Obligatio.

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitan. Bran-
scen. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Valentini Wo-
ienski sanus mente et corpore existens a foro suo proprio et
iurisdictione quavis propria et competenti recedendo Huic
vero foro et iurisdictioni Castren. Branscen. sese totaliter in-
corporando palam ac libere recognouit et fatetur. Quia Nobili Al-
berto filio Matthiæ Puchalski generoso bonorum in here-
ditate Woience consistentium in primo loco quatuor sulcos a pa-
rietis prout possessione extenduntur ad graniciem Piotrowska
inter metas ipsius Puchalski et Bartholomæi Kowalski in
alio loco na Dole tres sulcos, a via antiqua ad graniciem
Dziatkowska, in tertio loco na przytynie tres sulcos a via an-
tiqua ad graniciem Dziatkowska, in quarto loco duos sulcos
a lapidibus ad graniciem Osmolska, post grodzie iacentes cum perti-